UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex Sanctis Patribus, non sanctè edidit

Gardiner, Stephen

Lovanii, 1554

Steph. VVinton. Episcopvs Anglvs, Candido Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29410

Visual Library

STEPH. VVINTON. EPISCOPVS ANGLVS, CANDIDO LECTORI S.

QVOD à me factum iri Bucerus (opinor) non ſperabat, & vt facerem tamen, rogauit obnixè, id ſi non plenè præſtiti Lector, voluntatem certè & conatum videbis non defuiſſe. Etenim expendi, excuſsi, tractaui teſtimonia Patrum cum religione, quibus non eſt veritus Bucerus abuti prophanè, hoc eſt, è veritatis penu, malo more deprompta, ad mendacij vſum & vanitatis paſtum, accommodare. Ego quidem operam à Bucero rogatã adhibui cum fide, nullam hoc nomine ab eo initurus gratiam quam non promereor, ſed officio ſatisfacturus meo, ne veritati per calumniam laboranti deſim. Tu Lector, ſine acceptione perſonarum, veritati faue, & Vale.

Nonis Maijs Anno Domini M. D. XLVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN